



**Volumen Epistolarum, Qvas Romani Pontifices, Gregorivs
III., Stephanvs III., Zacharias I., Pavlvs I., Stephanvs IV.,
Adrianvs et Pseudopapa Constantinus miserunt& reges
Francorvm, Carolvm Martellvm, ...**

Gretser, Jacob

[München], 1613

Jtem Epistola eiusdem Stephani Papæ, ad Domnum Pippinum Regem, &
Carolum & Carolomannum, pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ, quia
Haistulfus irritum fecerat pactum quod cum eis fecerat & suum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65166](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65166)

*Item Epistola eiusdem Stephani Pape, ad
Domnum Pippinum Regem, & Carolum & Carolannum,
pro defensione sanctæ DEI Ecclesie, quia * Haistulfus irri- * Aistul-
tum fecerat pactum quod cum eis fecerat & suum Sacra- phus.
mentum non conseruauerat, sicut pollicitus
eisdem Regibus fuerat, &c.*

VII.

DOMNIS excellentissimis filiis Pippino Regi
& nostro spiritali compatri, Carolo & Caro-
lomanno item Regibus, & vtrisq; patriis
Romanorum. Stephanus Papa. Dum regni vestri no-
men inter cæteras gentes erga sinceram fidem B. Pe-
tri principis Apostolorum lucidissimè fulserit, valde
studendum est, vt vnde gloriosiores cæteris gentibus,
in seruitio B. Petri vos omnes Christiani afferunt, in-
de omnipotenti domino, qui dat salutem regibus, pro
defensione sanctæ suæ Ecclesiæ perfectius placeatis.
vt fidem, quam erga eundem principem Apostolo-
rum colitis adiutricem in omnibus habeatis; optaue-
ramus quidem, præcellentissimi filij, amplius prote-
lando nostrâ locutionem dilatare, sed quia pro mul-
tis ab iniquo Haistulfo Rege Langobardorum nobis
ingestis tribulationibus, cor nostrum omnino atteri-
tur dolore, & tædet spiritus noster, ideo à multorum
sermonum prolixitate declinauimus, & vnum, quod
est necessarium, exceilentissimæ Christianitati vestre
innotescere studuimus, à Deo protekte nosterq; spiri-
talis compater, & vos dulcissimi filij, pro mercede ani-
marum vestrarum, quemadmodum misericors Deus
noster cælitus victorias vobis largiri dignatus: iustiti-
am beati Petri, in quantum potuistis, exigere studui-

H 3

stis

stis, & per donationis paginam restituendum confirmavit bonitas vestra.

Nunc autem, sicuti primitus Christianitati vestræ de malitia ipsius impij Regis ediximus^{*}; Ecce iam mendacium & iniqua peruersitas, atque eius periurium declaratum est; Antiquus quippe humani generis hostis diabolus eius perfidum inualit cor, & quæ

* f. ausus
et.

sub vinculo Sacramenti adfirmata sunt, irrita facerunt
* visus est, nec vnius enim palmi terræ spatium beato Petro sanctæq; Dei Ecclesiæ, vel reipublicæ Romano-rum reddere passus est; tanto quippe à die illo, à quo ab inuicem separati sumus, nos affligere, & in magna ignominia sanctam Dei Ecclesiam habere conatus est, quanto non possunt hominum linguae enarrare, quia etiam & ipsi lapides, si dici potest, tribulationem nostram magno vulnalu flerent, & ita nos visus est affligere, ut denuo in nobis innouata fuisset infirmitas^{*}; nimis namq; lugeo, excellentissimi filij, cur verba nostræ infelicitatis non audientes, mendacium plus quam veritatem credere voluistis, illudentes vos & irridentes: Vnde & sine * affectu iustitiæ beati Petri, ad proprium ouile & populum nobis commissum, sumus reuersi; omnes deniq; Christiani ita firmiter credebant, quod beatus Petrus, princeps Apostolorum, nunc per vestrum fortissimum brachium suam perceperisset iustitiam, dum tam maximum ac præfulgidum miraculum vestris felicissimis temporibus demonstrauit, talesq; vobis immensam victoriam Dominus Deus & Saluator Iesus Christus per intercessiones sui principis Apostolorum pro defensione sanctæ suæ Ecclesiæ largiri dignatus est, sed tamen boni filij

Vide Bar.
Anno 755.
N. 24. &
seq.


filiij credentes eidem iniquo Regi, quod per vinculum Sacramenti pollicitus est, propria vestra voluntate per donationis paginam beato Petro sanctæque Dei Ecclesiæ, & reipublicæ, ciuitates & loca restituenda confirmastis ; sed ille oblitus fidem Christianam & Deum, qui eum nasci præcepit, irrita, quæ per Sacramentum firmata sunt, facere * visus est. Quapropter *iniquitas in verticem illius descendit*, patefactus ^{* annus 88.} *psal. 7.* quippe est laqueus, quem effudit, & in eo, pro suo mandato & periurio, incidit.

Coniuro vos, filij excellentissimi, & à Deo protetti, per Dominum Deum nostrum & sanctam eius gloriosam semperque Virginem genitricem Mariam, Dominam nostram, omnesque virtutes cœlorum, & per beatum Petrum principem Apostolorum, qui vos in reges vnxit, ut doleat vobis pro sancta Dei Ecclesia, & iuxta donationem, quam eidem protectori vestro Domino nostro beato Petro offerre iussistis, omnia reddere & contradere sanctæ Dei Ecclesiæ studeatis : & nequaquam iam ipsius nequissimi regis, vel eius iudicium, * seductuosa verba, & illusionis mandata credatis: ecce enim patefactum est eius mendacium, ut nequaquam vterius vires credendi habere possit; sed magis, cognito eius iniquo ingenio & iniqua volūtate, eius fraudantur insidiæ, & quod semel beato Petro polliciti estis, & per donationem * vestram manu firmatam, pro mercede ^{* vestra;} animæ vestræ, beato Petro reddere & contradere festinate.

* Beatus denique Paulus Apostolus ait, *melius est non vnuere, quam post votum non reddere*; Et enim nos ^{* Hac sensu sentia est Ecclesiastæ} omnes

*Vide hanc
donationem
apud Bar.
loc. cit. N. 6.
26. & 27.
* seductoria*

cap. 5. Cur omnes causas sanctæ Dei Ecclesiæ in vestro gremio
 ergo adscr. commendauimus, & vos reddetis Deo & B. Petro ra-
 bitur S. rationem in die tremendi iudicij, quomodo decerta-
 Paulo? ueritis pro causa eiusdem principis Apostolorum, &
 Quia Pon- restituendis eius ciuitatibus & locis. Vobis denique,
 tis ex sensu spectauit. multis iam deuolutis temporibus, hoc bonum opus
 Exstat autem reseruatum est; ut per vos exaltetur Ecclesia, & suam
 sensu i. Ti- princeps Apostolorum percipiat iustitiam. Nullus
 mot. 5. vbi- meruit de vestris parentibus tale præfulgidum mu-
 fidus, qua primam fi- nus, sed vos præelegit & præsciuit Deus ante tempora
 dem irri- eterna, sicuti scriptum est: *Quos præsciuit & prædestina-*
 nem habere uit, *hos & vocavit, & quos vocavit, illos & iustificauit;* vo-
 affirmatur. cati estis, iustitiam ipsi principi Apostolorum sub ni-
 Rom. 8.
 mia festinatione facere studete, quia scriptum est: *Fi-*
 Jacob. 2. vbi- des ex operibus iustificatur. De omnibus verò tribula-
 fides sine operibus tionibus nostris, quas passi sumus, vel denuo patimur,
 merita di- D E O auxiliante, Folradus, filius, vester consiliarius &
 citur: & multa de eius socij, enarrabunt vobis, & ita agite de causa beatí
 iustificatio- Petri, ut & in hac vita viçtores, fauente Domino ex-
 ne ex operi- istatis, & in futuro, intercedente ipso principe
 bus recen- Apostolorum beato Petro, gaudia possi-
 sentur. deatis eterna. Bene valete ex-
 cellentissimi filij.



Item